

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Pontani De Immanitate**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**[S.I.], 1519**

De immanitate desolandarum vrbiū acregionū

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](#)

*Aucta vulgatum versum,*

Festus

Militis est bellum fortis pugilisq; duellum.

Cum tamen non duorum modo sed & plurium sit, Festo au-

thore, Qui duellum inquit, bellum dicitur, quod duabus par-

Bellum.

Plautus

tibus de victoria contendentibus dimicatur. Plautus lingue Duellum

latinæ pater in Amphi, viciis hostibus legiones reueniunt do-

mum duello extincio maximo atq; internecatis hostibus. Cæ

terum gentibus qui busdam est familiare, & si hoc ipsum eccl

esiasticæ leges verent, a principibus singularis pugnæ copiam

petere, qua viator probasse, vixit autem in probatione defe-

cisse vulgo creditur.

### De Immanitate desolandarum urbium ac regionum.

**I**am vero vastitates agrorum: desolationes re-  
gionum ac populorum: incendiaq;: & urbes  
obiram: odium: vindictaq; excisa funditus:  
ciuesq; ad internitionem caeli: sexusq; omnis im-  
bellis in seruitutem redactus vel instar esse viden-  
tur immanitatis ipsius: quippe quæ nulla non vi-  
niusticia: rabie in genus humanum saeuat ac de-  
bacchetur. Qualis autem ea sit vetustiora ut omit-  
tantur: non multi ante annis Carolus docuit Bur-  
gundiorum princeps in Lige urbe opulentissima Carols bur-  
gundus  
excidenda: omni saeuitiae genere ac calamitatis ad-  
hibito: nullo pietati: nullo misericordia: nullo de-  
niq; religioni: deorumq; baris ac precibus homi-  
num relicto loco. Cum praeceps ipse in omnem  
immanitatis exuperantiam fureret: rapereturq; in  
scelus quodcunq; volens: liberis: plenus cruoris:  
inter cadavera versatus concisorum hominum: in

### De Immanitate.

ter raptus ac deflorationes virginum: incendijs  
tum domorum: tum sacrarum ædium: ac nunc fu-  
Funiculatio: nculationes trecentorum ac quingentorum ho-  
minum ejici in flumen iubens: nunc vicinias ipsas  
ferro meti ad vnum imperitans: vt nescires omni-  
no: furor ne is maior esset: an voluptas: rabies ne:  
an ingluvies. Illud tamen affirmare vnum posses:  
in cædem illum: ac sanguinem tantum incumbe-  
re: nulliusq; illi rei curam inesse: præterq; excarni-  
ficationis: ac gemitus iugulum præbentium exe-  
ctoribus: aut in flumen fossalq; religatis post ter-  
gum manibus projectorum.

### SCHOLIA.

Carolus dux

Burgundiae  
terror Gal-  
liae dictus

Cæsar Maxi-  
milian.

Lige  
Leodium  
Lud. Borbo-  
nius

Carolus docuit. Roterodamus in panegyrico hunc Caro Erasmus.  
lum belli decus appellat, vulgus autem Galliae terrorem suo  
tempore nominitavit. Cuius filia unica Maria ex Margarita Ed-  
uardi Regis Angliae sorore Diuo Cæsari Maximiliano P.F.  
Aug, nupta paternam pro dote ditionem amplissimam attu-  
lit, ex hs genitus est Philippus, quem ille idem Roterodamus  
monumentis suis immortalem effecit. At quod ad hunc locum  
attiner Robertum Gaguinum Gallum quocum Aunculus  
meus pro Cæs. Maximiliano & versu & prosa veritatis atmo-  
re certauit. Pontanus noster non secutus modo est, sed & eum  
quasi excripsisse videt, Cuius verba ex libro historiæ sue. 10  
putau subienda, qua super expugnatione Leodiensis clita-  
tis, quæ Lige Gallico ideo manu nuncupatur, scripsit. Leodijs  
aduersus Ludouicum Borbonium Pontificem suum bello de-  
certant, cuius neprem quia Carolus Burgundus vxorem habe-  
bat, miro in Leodijs concepro odio, copias contrahit, mittit  
q; per insigniora sua ditionis loca bellum. Leodijs indicere,  
qui autem id negotij exequabantur vna manu exersum gladi-  
um, altera faciem ardentem gerebant, significantes Leodiorū  
gentem igne ferroq; perdendam a Carolo fore. Et inferius.  
Ergo Irumpentibus ferociter Burgundis Ludouicus primus

Rotero.

Rob. Ga-  
guinus  
la. Vuim  
pheling.

Fol. XLI.

dēndē Burgundus ciuitatem intrat, sicut mox passim occidio  
& strages, Virginibus vis, & religiosis mors infertur, neq; in  
dulgentia villa militum in pueros fuit, quin stupratis a se vir-  
gines crudelis satelles iugulauit. Sacerdotes eadem hora rem  
diuinam in templis facientes gladijs perierte. Nec satius est  
humanus hostis, tam multa cāde, prædas ex omni ciuitate &  
ex templis sacrilegia fecit, incensa postea urbe, & muris diru-  
tis, quorum ruinis fossas æquauit.

Inter cadavera. Idem Robertus auror est, Carolū vbi tem-  
plum Neellæ ingressus, in qd plurimi hostes salutis causa cō-  
fugerant, videt cruentum humanum, exclamasse. Iam noui qd  
cruentos habeo carnifices, præfecto cū aliquot insignioribus  
armatis in vincula coniectis & cetera.

Neela

De Fomentis & diuersis  
causis immanitatis.

**E**xultantis autem immanitatis non vna sunt Ira  
fomenta. Nam & ira vehementior vbi fu-  
erit præcipitem ira agere hominem consue-  
uit: vti in obliuione eum sui ipsius inducat: Ty-  
rannos suspicio & conscientia illa maxime tetra-  
ac detestabilis: etiam ad noua atq; inaudita suppli-  
cia excogitanda: incutiendis terroribus: quin etiā  
vt non raro in filios parentes: ipsiq; in parentes li-  
beri pergrassentur teterrimis quibusq; maleficijs  
ac poenis. Eosdem hos tyrannos animi impoten-  
tia: elatioq; illa: per quā omnia sibi licita esse per-  
suadent: qd ut Caligula dictabat: quæcunq; li- Caligula  
buissent: eadem cuncta licerent heroibus) neq; vi Heroes  
lis adhibere commonefactionibus aures volunt:  
quin in commonitores ipsos flagrantius effeue-